



Morbio 24 (6)

Ludovicus dei gratia francorum sicilie et hierusalem rex ad mediolanum Dux et  
 cum ob nonnulla pertractanda expediat comiti Jo. Antonio de Laforalia, Joanni de Landriano, Alexandro de Marliano, et Porrimo de Porris, qui nunc  
 apud venetias degunt et morantur, venire ad nostrum dominum et ducatum Mediolanensem, sed dubitant ne ob nonnullas imputationes contra eos datas et propter  
 citadas de absentibus factas, ut in pacem redirent infra tempus et sub penis usque contentis et contumaciam eorum usque non comparere, aut alias ob causas  
 contra eos aliquomodo procedatur, vel eis in personis, et bonis, que secum deferri consueverunt, molestia aliqua inferatur. Deliberavimus harum scilicet omnibus  
 melioribus modo fure, via, et forma, quibus melius possimus hactenus planam et perfectam scientiam de omnibus, de quibus imputati sunt, eisdem Comiti  
 Joanni Antonio, Joanni de Landriano, Alexandro et Porrimo predictis, cum eorum sociis et famulis quibuscumque usque ad numerum viginti quinque pedestribus vel equitibus  
 carrigis, et rebus alijs quibuscumque, quas secum deferant, planam et firmam saluconductum concedere, et ita tenere predictum eisdem Comiti Jo. Antonio et socijs  
 ac famulis quibuscumque usque ad numerum predictum, tam equitibus quam pedestribus tutum, amplum, ac tutissimum et amplissimum saluconductum concedimus  
 plenamque et largam licentiam remeundi ad dictum nostrum ducatum, et ad villam septimi Loci sui, se conferendi, et ibidem standi, et morandi, quousque  
 eorum ibidem adveniens dilecto et fideli Consiliario et Cancellario nostro nro Episcopo Luciano notificaverint, ac inde ad quemcumque alium locum dicti domini, qui  
 eidem Consiliario placuerit, eisdem significaverint se transferendi usque quo, cum dicto Cancellario nro, aut alia quacumque persona per eum deputanda de rebus et negotijs  
 pertractandis, pertractare, deliberare, atque concludere, prout melius et efficacius poterint, indeque pro libito voluntatis recedendi tute, libere, et impense, omni  
 molestia reali et personali penitus cessante. Quod subditum nro eisdem Comiti Jo. Antonio et socijs sicut possunt et valeant, donec a aliter et alia necessaria et eius eis libere conversari  
 sine onere, aut pena, qua incurrere dicuntur, similia sicut ante, bonis, aut alijs, ob eam exulantibus, imponentes predictis subditis nris tam male, quam bene, sub pena mille marcbas  
 auri, et alia arbitrio nro inferenda, ne dictos Comites, socios, et famulos cum equis et rebus suis quoscumque, quomodocumque molestari, aut impediri, et si contingeret dictos Comites et socios  
 cum rebus suis usque alienis territorijs capi, et nobis remitti durante tempore infra, semper liceant. Rogamus et quoscumque Principes, etiam, si agrorum usque durante tempore  
 infra eisdem Comiti et socijs opportunis favoribus assistant, illosque libere et secure venire, transire, et redire permittant, a quem saluconductum et fiduciarium vale volumus  
 per tres septimanas proxime futuras a die Das Martini computari, mandantes quibuscumque agrarios, susceptoribus, Capitaneis, et superduces, aliosque subditis nosros  
 presentibus et futuris ne has nras saluconductus et fiducias violenter, et ad omnibus alijs obsequijs faciant, omni contradictione et exceptione remotis, sub pena insignitatis  
 nre, et mille marcbas auri communi nre applicari, prout tamen quod dicti Comites socii, nec famuli durante dicto tempore eundem, nec redeundo nihil faciant, tractent, aut  
 procurarent, quod sit in iudicium honoris, aut status nri. In quibus fidem presentibus sigillum nro duximus apponendum. Das Mediolani die  
 regisimo quarto mensis Augusti millesimo quingentesimo, et regni nri tertio.

Per Regem Ducem Electi  
 Ad vestram relationem



*Faint handwritten text, possibly a title or address, mostly illegible due to fading and damage.*

*no prod*

Morbis 24 (6)



*1570 24/111*

*Faint handwritten text at the bottom left, possibly a date or reference number.*

